



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertionvm Theologicarvm Sfortiae Pallavicini Sacrae Theologiae Professoris in Collegio Romano Societatis Iesv. Libri Qvinque

De Substantia, & Proprietatibus naturalibus Angelorum

Pallavicino, Sforza

Romæ, 1652

Cap. 4. Ante inuestigationem differentiae Angelorum, explicatur quid sit differre specie, vel solo numero.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38892

CAPVT IV.

*Ante inuestigationem differen-
tia Angelorum, explicatur
quid sit differre specie,
vel solo numero.*

II **Q**uoniam diuersitas
opinionum circa
differentiam specificam, aut
numericam Angelorum, ori-
tur ex diuersitate super consti-
tuendo, quid sit differre specie,
vel numero; ideò super hoc
prius decernendum est, vt cir-
ca Angelos facilè definiatur.
Differentia specifica non con-
sistit in eo, quod sit notabilis,
& facilè discernibilis, vt aliqui
asserunt. Probat, quia si hoc
esset verum, duo extrema pu-
ta

ta herba A, & herba B, possent differre specie inter se, & tamē specie cōuenire cum herba C, intermedia, & idcirco minus vtrique dissimili, quam sint illę inter se. Possent inquam differre specie inter se, & specie conuenire cum herba C, si ponatur illas herbas extremas habere tantam dissimilitudinem, quanta præcisè sufficit, vt sit notabilis; tunc enim herba media, vtpote habens minus dissimilitudinis cum vtraque, quam habeant herbæ extremæ, conueniet specie cum vtraque; ipsis inter se specie differentibus. Videtur autem apud omnes confessum, quæ sunt eadem specie cum vno tertio, esse eadem specie inter se. Vtcrius, cum omnes effe-

ctus aliquatenus differant à
 suis causis ; nisi constitueretur
 species per aliquam conueniē-
 tiam , sitam in prædicato indi-
 uisibili , & proinde immutabi-
 lem in vicissitudine genera-
 tionum, sequeretur in processu
 vicissitudinum deueniri ad ta-
 lem differentiam notabilem ,
 per quam omnes species pau-
 latim mutarentur: hoc vero est
 contra experientiam, & nature
 intentum. Ergo.

12. Nec etiam sita est dif-
 ferentia specifica, in quacunq.
 dissimilitudine entitatiua, quæ
 habeatur præscindendo ab or-
 dine ad duo indiuidua nulla-
 tenus dissimilia entitatiuè, vt
 alij opinantur. Probatur, nam
 si supponatur opinio probabi-
 lis, quod detur series effectuum,

ex

à
ir
ē.
i-
i.
a-
su
a-
i,
i-
st
re
f-
q.
æ
r.
a.
vt
m.
i.
i,

ex natura, & non ex mero arbitrio Dei pendentium à tali numero causa; sequeretur iuxta dictam sententiam, quod omnia accidētia, & formæ procedētes à diuersis specie causis, differēt specie, quādoquidem dicunt ordinem, & referuntur ad diuersa specie principia; & differunt per hunc ordinem inter se, adeoque rana producta à sole, vel ab alia rana differrēt specie. Dicēdū ergo vnūquodq. ens sortiri speciē à prædicato magis spectabili, & præcipuo, quod est in ipso. Illud enim prædicatū se habet, vt maximè formale, et determinatiuū aliorū; cetera verò sunt materialia, et determinabilia: vndè illud est primū intentū nature, et se habet tanquā forma, cui

coëtera subferuiunt: intendit enim optimum natura. Vnde videmus, quod in varijs generationibus agentium vniuocorum, fit dissimilitudo, & variatio circa alia prædicata; sed sēper retinetur assimilatio geniti ad generantem in eo, quod tanquam præstantissimum, vtrique dat denominationem. Aliter omnes species paulatim diffuerent, & mutarentur, vt diximus. Quod indicatur egregio testimonio D. Thomæ 1. 2. *quest. 52. art. 1. in corpore*; vbi sic ait: *Illud secundum quod sortitur aliquid speciem, oportet esse fixum, & stans, & quasi indiuisibile; quæcunque ad illud attingunt sub specie continentur; quæcunque recedunt ab illo, pertinent ad aliam speciem.* Veritas huius
re.

regulæ patet à posteriori: quot-
quot enim differunt in tali præ-
dicato, dicuntur specie differ-
re: quotquot conueniunt, con-
uenire; puta omnes visiones
beatificæ, quoniam conueniunt
in eo, quod sint intima partici-
patio Dei, idest in eo, quod est
est ijs præcipuū prædicatū: itē
omnes gratiæ habituales, om-
nes vniones hypostaticę exco-
gitabiles, propter eandē ratio-
nē non obstantibus alijs diffe-
rētijs, specie cōuenire dicuntur.
Huc facit doctrina S. Thomæ
quest. unica de anima art. 7. ad
14. ubi ait quod sensibile non
est perfectissimum in animali,
sed potius variæ differentiæ
ipsius sensibilis sunt ipso perfe-
ctiores; aliter omnia animalia
essent eiusdem speciei.